

de Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. 201

**N**onnullis. 203  
Quoniam. 201  
Super specula. 207

de Maledicis. 334

**I**nnotuit. 334  
Ne Praelati vices suas. 186

**P**raeterea. 186  
Quoniam. 199

de Schismaticis, & ordinatis ab eis. 225

**Q**uod à praedecessore. 225

de Simonia, & ne aliquid pro spiritualibus exigatur, vel promittatur. 141

**A**ccusatum. 147  
Ex diligenti. 148  
In ordinando. 141  
Licet Heli. 162  
Mandato. 177  
Nobis. 149  
Per tuas, il primo. 167  
Quoties. 148  
Tuanos. 173

de Usuris. 287

**C**onsuluit. 293  
In civitate. 287  
Naviganti. 294



PRO



# PROSPERIFAGNA NI COMMENTARIA IN PRIMAM PARTEM QVINTI LIBRI DECRETALIVM.

DE ACCUSATIONIBUS,  
Inquisitionibus, & Denunciationibus.

Cap. Omnipotens.

S V M M A R I V M.



**A**CCUSATIVS, vel denunciatus, de aliquo crimine, interim ad dignitates, officia, vel beneficia promovet non potest & n. 2. Sive sint dignitates Ecclesiasticae, sive saeculares. num. 5.

- Et licet infamia non processerit. num. 12. & 32. & 33.  
Fallit primo si ex accusatione, vel denunciatione orta sit infamia apud personas viles dumtaxat. num. 13.  
Fallit secundo si accusatio non teneat. n. 14.  
Fallit tertio si accusatio fiat civiliter non ad penam, sed ad interesse. n. 15.  
Fallit quarto si accusetur Collegium. n. 16.  
Fallit quinto si crimen sit leve. n. 17.
- 2 Accusati opinio gravatur ex sola pendente accusationis.
  - 3 Accusatio sola non constituit aliquem reum, vel criminofum.
  - 4 Appellatione pendente status condemnati integer est, nec inter infames interim est habendus.
  - 6 Accusatus etiam ante sententiam honores perere prohibetur, secus post annum, nisi per ipsum fuerit, quominus causa expediretur.
  - 7 Accusatus pendente accusatione à quibus actibus prohibeatur, & n. seqq.
  - 8 Et à quibus non, & n. seqq.
  - 9 Notarius accusatione pendente potest conficere instrumenta, de quibus est rogatus, sed notum officium assumere non potest.
  - 10 Accusationis pendente praedudicat in querendis, sed non in questis.

Prosper. Fagn. in 1. par. 5. lib. Decretal.

- 11 Accusatio superveniens non impedit jam promotum administrare, nisi sit suspectus de falsificatione.
- 14 Sententia condemnatoria etiam super crimine alius famoso si nulla sit, non imprimit notam infamiae.
- 15 Accusatio de crimine etiam famoso, si fiat civiliter, non infamat.
- 16 Accusatio Collegio, illius personae promoveri possunt, nisi in accusatione sint specialiter nominatae.
- 17 Crimina gravia quae sunt, & quae levia.
- 18 Electio non cassatur si crimen in modum exceptioni, probatum contra electum sit modicum.
- 19 Accusatus si pendente iudicio fuerit promotus, & postea repertus innocens, an talis promotio teneat, necne? & n. seqq. usque ad n. 25.
- 20 Miles factus pendente liberali causa, licet postea appareat liber, debet ex auctoritate, nisi per calumniam peritus fuerit in servitutum.
- 21 Animal, quod ira sanatum est, ut in pristinum statum restitueretur, perinde habendum est quasi nunquam morbosum fuisset.
- 22 Attendi non debet quod fuit, sed quod est.
- 23 Veritas verum erroribus gestorum non vitiat.
- 24 Habilitas promoti attenditur tempore promotionis, & declaratio innocentiae debet precedere.
- 25 Accusatus an possit eligi accusatione pendente, & n. seqq. usque in finem.
- 26 Inquisitio pendente inquisitione ineligibilis est, & n. 34.
- Inquisitio non fit nisi contra infamatum, num. 26. & 34.
- 27 Litterae ad beneficia non facta mentione de pendente inquisitionis super infamia, & collatio inde sequuta lite non terminata, non valent.
- 28 Inquisitio in casibus, in quibus potest fieri non precedente infamia, non impedit electionem.
- 29 Accusatio, denuntiatio, & exceptio electionem impediunt, si infamia processerit, & n. seqq.
- 30 Infamia facti reddit quem ineligibilem etiam sine aliqua litis motione.
- 31 Etiam si penitentiam egerit.

A

32 Ac

32 *accusatus, vel denunciatus, aut contra quem excipitur, eligi potest si infamia non præcessit.*  
 33 *Infamia sola, qua oritur ex accusatione, denunciatone, & exceptione, non impedit electionem.*

**O**MNIPOTENS. Jo. Andr. non summat, quia breve est; sed secundum Anton. de Butr. & Io. de Anan. summat sic: Accusatus, vel denunciatus accusatione, vel denunciatone pendente, non potest ad dignitates promoveri; vel sic secundum Abb. & Mar. Socin. qui de aliquo crimine accusatur, vel denunciatur, interim promoveri non potest: vel secundum Cardinalem, Pendente processu super crimine, reus non promovetur. Hoc dicit.

2 Nota primò, expendente accusationis, vel denunciatonis vique adeo gravari opinionem accusati, vel denunciati, ut ad dignitates promoveri non possit, prout hic notant gloss. 1. Host. in prin. in verb. *Nunciatur*, Butr. Abb. & Felin. omnes in 1. *Notab.* & Marian. Socin. n. 3. & 4. nec ad officia, vel beneficia secundum Abb. autem Quamvis enim sola accusatio non constituat aliquem reum, vel criminatum, ut cap. *ultim.* 15. q. ult. nisi etiam sit convictus: nec sola nominatio sufficiat, ut in cap. *Multi* 2. q. 1. et si condemnatus appellavit, status ejus integer sit, l. *amic.* ff. *nihil innovand. pendens.* appellat. nec inter infames interim sit habendus, l. *Turti.* ff. *de his qui notantur infam.* nihilominus impeditur interim ab honoribus, ut hic, & in c. *Tamini Daniel*, 81. dist. & notat gloss. in cap. *Nonne*, in verb. *sententia*, 8. q. 4.

Amplia primò istum textum, ut vindicet sibi locum non modò in dignitatibus Ecclesiasticis, verum etiam in secularibus, ut l. *Reus*, 1. *Respons.* ff. *de univ. & honor.* ubi dicitur: reus delictus etiam ante sententiam honores petere principalibus constitutionibus prohibetur: nec interest an plebeus, vel decurio fuerit, & l. 1. c. *de res. postulat.* lib. 10. ubi sic legitur: reos criminis postulatatos novos honores appetere non debere antequam purgaverint innocentiam suam, & à Divis parentibus nostris, & à me sæpe rescriptum est. Ad idem textus in l. *Qui status* ff. *de re milit.* & in l. *Qui libertate*, ff. *de liber. caus.* & hic notat gloss. 1. *Anch.* in primo *notab.* Abb. n. 2. & Marian. Socin. *num.* 1. claspò tamen anno postquam reus delictus est, bene poterit promoveri, nisi per ipsum steterit, quominus causa intra annum expediretur, ut dicitur in d. l. *Reus*, & notat gloss. in cap. *Tamini Daniel*, in verb. *Obrepsit*, 81. dist. similiter accusatus pendente accusatione non potest ad ordines promoveri, d. c. *Tamini Daniel*, cap. *Laici* 33. dist. cap. *Fin.* in fin. *supra de testib.* Item non potest alium accusare, quia non relatione criminis, sed innocentia reus purgatur, ut l. *Is qui* ff. *de publicis iudiciis*, & d. cap. *fin.* Item non potest testificari in criminali causa præterquam in criminibus exceptis, ut est casus in eod. cap. *fin.* Item alterius promotor esse non potest, l. *Reum*, c. *de procurator.* prout hæc notatur per gloss. 1. in d. c. *fin.* & hic per Anch. & Io. de Anan. in 1. *notab.*

Verum tamen accusatio non impedit bonorum administrationem, ut plene notat Barr. in l. *post contrarium*, ff. *de donatomb.* nec testificationem, l. *Qui à laironibus*, §. 1. ff. *de testam.* nec exactio nem debita a debitoribus, ut l. *reo*, ff. *de solut.*

Item Tab. llio accusatione pendente potest conficere instrumenta, de quibus est rogatus, argum. l. *Quod si forte*, §. 1. & l. *Reo criminis*, ff. *de solutomb.* licet novum officium interitum assumere non possit, ut d. l. *Reum*, & l. *Is qui reus*, ff. *de public. iudic.* & tradit Bald. in d. c. *fin.* n. 2. de testib. & Felin. hic n. 1. circa finem, vers. *Item addo Bald.* Rationem diversitatis inter hæc, & præcedentia reddunt Anch. hic n. 2. Io. de Anan. *num.* 3. quia hæc sunt quaerita, & in persona jam fundata, illa vero sunt quaerenda: & potentia accusationis præjudicatur quaerendis, non in quaeritis, ut notat gloss. in cap. *Sepes*, in verb. *Rata manet*, de appell. *notab.* Marian. Socin. hic n. 3. & Felin. in 2. *notab.* facit tex. in l. *Pluribus*, §. *Et si placeat*, ibi: *Servitus acquiri non potest, acquisita tamen conservatur*, ff. *de verb. obligat.* & in l. 1. §. *Quamvis autem*, ff. *de postulan.* ibi: *Sed melius est ut remere quidem dicantur jam acceptum magistratum posse, aspirare autem ad novum penitus prohiberi*: & in §. *ultim.* 15. q. 1. cum concordantibus, de quibus ibi in gloss. in verb. *Deiciunt*.

Et ex hoc inferunt Anch. & Io. de Anan. proximè citati, ut accusatio superveniens non impediat Prælatum jam promotum administrare, ut notat præcitata gloss. in d. cap. *Sepes*, hoc tamen fallit si accusatus, vel denunciatus esset suspectus de dilapidatione, ut est textus in cap. *ultim.* & ibi Doctores infra eod. Felin. hic n. 1. vers. in quantum Doctores, Host. in cap. *Accusatus*, *num.* 2. de *Simon.* & ibi etiam Io. Andr. n. 1. vers. *Sicut propter*.

Amplia secundo, istum text. ut locum habeat etiam infamia non præcessit, sed sit criminolus occultus, quia nihilominus sola pendente accusationis, vel denunciatonis impeditur promotionem, ut hic & in concordant. supra citatis *num.* 5. & notat Marian. Socin. hic n. 5. & est x mente gloss. Host. & aliorum, quos supra citavimus *num.* 2. Distinctio enim an præcesserit infamia, necne, fit tantum in electione, non autem in promotione, ut patebit infra n. 29. & seq. usque ad *num.* 25.

Amplia tertio, etiam si sequatur sententia super innocentia promoti, accusatione pendente, prout limitat Felin. hic n. 3. & plene examinetur infra in 1. *dubio à n.* 19. usque ad *num.* 25.

Hunc limitat primò, textum nostrum ut locum habeat quando ex accusatione, vel denunciatone orta est infamia apud bonos, & graves homines, secus si apud personas viles, quia tunc pendente accusationis, vel denunciatonis non impeditur promotionem; ita notabiliter determinat Host. in cap. *Memimus*, n. 2. vers. *Nec olstat infra eod.* quem ibi Doctores omnes sequuntur, dolentes quod hic non posuerit hanc limitationem, ut dicit Felin. hic n. 2.

Limita secundo istum textum, dummodo accusatio teneat, & facta sit à legitimo, reus est in d. cap. *Memimus*, & tradit Felin. hic n. 2. vers. *Item limita secundo*: nec mitum, quia nec sententia condemnatoria etiam super crimine aliis famoso imprimere notam infamie si sit nulla ex d. f. c. i. jurisdictionis, vel ex iudicato processu, aut si appareat lara sine causæ cognitione, vel denegata audientia ipsi condemnato. Casus est n. c. In primis, vers. *Quia ergo Stephanus Episcopus* 2. q. 1. & in crimine ultimum ex facto respondit Gernian. *conf.* 77. *Quia super premissis super totum*, maxime n. 4. vers. *Secundo ratione processus*.

Limita

Limita tertio, nisi accusatio de crimine etiam famoso fiat civiliter ad interesse, & non criminaliter ad penam, seu vindictam; tunc enim non impeditur promotionem, quia infamiam non corripit, cap. *Tamini Daniel*, cap. *Super hic infra eod.* & tradit Oemin. d. *conf.* 77. *num.* 4. vers. *Tertio ratione causæ*, post Innocentium in cap. *Qualiter il secundo in gloss.* *Magna*, vers. *Et nota quod tres*, infra eodem, nisi in casibus, ut ibi per Innocentium.

Limita quarto, nisi accusetur Collegium, quia pendente lite aliquis de collegio non impeditur promoveri, nisi persona illa in accusatione sit specialiter nominata, ut post Vincentium probat Archidiac. in cap. *Tamini Daniel*, n. 5. 81. dist. quic sequitur Felin. hic d. n. 2. vers. *Tertio*, nisi esset accusatum unum Collegium, & Henric. Boich. in cap. *Accusatus*, n. 9. de *Simon.*

Limita quinto, & declara hanc Decretalem ut locum habeat dummodo crimen, de quo aliquis accusatur, vel denunciatur, sit grave, ut probat ista litera ibi, de quo tanta, & talia nunciatur: nam verb. *Tanta* exponitur id est grava, secundum Host. & Jo. Andr. *hic in prin.* in verb. *Tanta*, qualia sunt, homicidium, facilegium, adulterium, fornicatio, falsum testimonium, rapina, furtum, longa iracundia, ebrietas assidua, & alia, de quibus in cap. *Vnum orarium*, §. *Alia*, 25. dist. locus si erimen sit tale, ut quamvis esset probatum, tamen promotionem ejus non impediret, puta quia est de minoribus, & levioribus criminibus, seu peccatis, qualia sunt in cibo, & potu plus accipere, quam necesse est; plus loqui, quam oportet; plus tacere, quam expedit; pauperem importune pecuniam exasperare, & alia similia, de quibus habetur in d. cap. *Vnum orarium*, §. *Alia ea demum*, vers. *Quæ autem sint imitata peccata*, 25. dist. Item inter levia potest numerari venatio, habita tamen distinctione utrum fiat ob necessitatem, necne, ut legitur, & notatur in c. 1. & 2. infra de *Cler. venator.* & in Clem. *Ne in agro*, §. *Porro*, de *statu Monach.* & ebrietas non assidua, cap. 1. 35. dist. Item facere strepitum in Synodo, cap. *In loco* 6. q. 4. secundum Host. in *summ.* de *tempor. ordinat.* §. *Et cui*, vers. *Leve vero est*. Quod tamen intellige quando illi, qui in talia crimina incidunt, corrigibiles sunt, alias propter contumaciam sicut mortalia ex contempitu, ut d. cap. *Vnum orarium*, §. *Nunc autem*, 25. dist. de quo tamen die, ut plene scripsi in cap. *A crapula*, *num.* 25. 27. 31. & 32. *supra de vit. & honest. cleric.* & talis potest promoveri accusatione, & processu hujusmodi non obstante, ut firmat Henric. Boich. in cap. *Accusatus*, n. 6. de *Simon.* al legat Compostellan. in cap. *Dudum*, il secundo, *supra per verb.* *Obrepsit*, vers. *Item nunquid exceptione*, supra, de *elect.* ubi ait: Si in modum exceptionis probatum sit crimen contra electum, non semper Superior callabit electionem: imò si modicum sit crimen, nec est in talium, aliam penam imponet, & sic dispensabit si talis sit Superior, qui super tali crimine dispensare possit. arg. c. *Quod fides*, de *elect.* & c. *Solllicitudo*, 52. dist.

Sed hic colligitur dubium quid si accusatus, aut denunciatus, vel inquisitus pendente iudicio fuerit promotus, & postea per sententiam pronunciat innocentem, numquid talis promotio teneat, necne?

Goffred. hic, & Vincent. in cap. *fin. de testib.*, Prosp. Fagn. in 1. par. 5. lib. Decretal.

quos refert hic Jo. Andr. *num.* 3. vers. *Dicit hic Goffred.* tenuerunt sic motum esse removendum, licet postea reperitur innoxius, per l. *Qui status*, ff. *de re militar.* & l. *Qui cum uno*, §. *Reus*, eod. tit. nisi secundum Goffred. apparet per calumniam fuisse accusatum, per l. *Qui de libertate*, ff. *de liberal. caus.* ubi si pendente causa liberali aliquis fuerit factus miles, licet postea apparuerit liber, debet exauctorari; sed si per calumniam petitus fuerit in servitute, in militia retinetur: idem tenet gloss. Joannis in cap. *Tamini Daniel*, in verb. *Obrepsit*, 81. dist. dicens: (Ex quo se promovens obrepsit lite pendente, deponendus est, etiam si innocens invenitur.) alleg. hoc cap. & d. l. *Qui de libertate*. Similiter Damalus sub hoc tit. relatus à Io. Andr. *num.* 3. vers. *Damasus*, ubi licet sub dubio forte, dicit talem esse deponendum, quia contemplit legis prohibitionem: ergo promotio nulla, per l. *Non dubium*, c. de *legib.*

Sed Bartholomæus Brixien. in *quest. sua Venetialis*, 80. que incipit *Eslo quod pendente accusatione, inter tractatus communes*, tom. 17. fol. 592. sequendo Tancredum tenet contrarium, id est talem non esse deponendum, per l. *Quod ita sanatum*, ff. *de edit. edict.* ubi dicitur quod ita sanatum est, ut in pristinum statum restitueretur, perinde habendum est quasi nunquam morbosum fuisset. Ergo à simili cum ille sit reus innoxius, perinde habendus est, ac si nunquam fuisset criminolus; non enim debet respecti quod fuit, sed quod est, ut cap. *Erratum de terra*, in fin. 50. dist. & veritas rerum erroribus gestorum non vitatur, l. *Illicitas*, §. 1. ff. *de offic. Praesid.* utramque opinionem putat satis probabilem Marian. Socin. *hic n.* 5. circa finem.

Sed tu adverte: nam Barthol. Brixien. revera non discrepat à prima opinione Goffredi, & Vincentii: nam etsi dicat cum Tancredo accusatum non esse deponendum si postea fuerit reus innoxius, tamen immediate subiungit d. l. *Qui de libertate*, ff. *de liberal. caus.* non esse contrarium, quia, ut ibi dicitur, si miles per calumniam petatur in servitute, in militia retineatur. Tenet ergo Barthol. Brixien. promotum pendente accusatione tunc non esse removendum, quando per calumniam fuit accusatus: ergo cessante calumnia sentit esse removendum; & sic concordat cum opinione Goffredi, unde nil mirum si Butr. hic *num.* 7. & quidam alii cum allegent pro prima opinione, scilicet quod promotus pendente accusatione sit removendus, quamvis appareat innocens.

Conclude igitur secundum distinctionem Goffredi, quod aut appareat accusatorem moveri ad accusandum ut promotionem impediatur: & tunc tenet promotio, juxta textum in d. l. *Qui de libertate*; aut movetur iusta, & rationabili credulitate; & tunc non tenet promotio per hanc Decretalem, & per jura superius allegata: & in hoc tandem rehdet Marian. Socin. ubi supra, Archid. in d. cap. *Tamini Daniel*, n. 4. 81. dist. Praepol. *ibid.* *num.* 30. Schic firmant Cardin. *num.* 1. vers. *Quæro quid si accusatus*, *Anchar.* *num.* 7. & Felin. *num.* 3. ubi ampliat hoc cap. etiam si sequatur sententia super innocentia promoti pendente causa criminali, quia nihilominus requiritur nova electio, seu promotio, nisi apparet accusatorem per calumniam accusasse, juxta limitationem Goffredi: & hoc teneas, nam

A 2 decla.

14 declaratio innocentie præcedere debet, & non sufficit eam subsequi, ut notat Vincentius in cap. non debet, de Testib; in talibus enim principium est spectandum, ut cap. Dudum, supra de election. & cap. Super eo, eodem tit. lib. 6. & cum principium fuerit vitiosum, & contra iura, declaratio innocentie postea subsequens non retrahitur, ut per Anchar. & Cardin. loci citatis: ad hoc bonus textus in cap. Si celebras, de cler. excomm. ministr. ubi excommunicatus minori excommunicatione non potest eligi ad beneficium, quia non potest Sacramenta ministrare: & sic inspicitur an electionis tempore electus sit habilis ad exercitum, quod requirit beneficium, nec superveniens habitus, quæ potest supervenire, nec excommunicatus minori facillime absolvatur, est in consideratione: & ita illum tex. ad hoc ponderat Præposit. in d. cap. Tanti Daniel, num. 3. vers. Pro illa opinione, 81. distict. facit tex. in cap. Si eo tempore, cum ibi notat, de rescript. lib. 6.

25 In Glossa i. in fine QUÆRO, cum hic dicatur pendente accusatione accusatum non debere honorari, nunquid interim possit eligi.

Jo. Andr. hic, i. vers. Dicit Innocentius, & alii post eum recitant duas opiniones. Prima opinio est Innocentii hic in principio, qui constituit differentiam inter promotionem, & electionem: nam secundum eum quamvis pendente accusatione non debeat aliquis ad dignitatem promoveri, ut hic, & in concordantibus, tamen potest eligi, & electio tenet, sed non confirmabitur, nisi prius purget innocentiam suam, vel alias absolvatur. Fundamentum huius opinionis est, quia si talis non potest eligi, daretur locus fraudi, & figmentis, & materia delinquntibus: nam vacante Ecclesia si quisquam suspicaretur aliquem fore eligendum, statim posset illum per se, vel per alium accusare, ut sic impediret ejus electionem; quod esset absurdum, ad hoc cap. Sicut in secundo, vers. Quamvis, infra de Simon. cap. Quamvis, ad fin. supra de divor. quam ratione adducit Innoc. in c. accusati, n. 2. infra de Simon.

Secunda opinio est aliorum, qui tenent electionem non valere, & ad vitandum inconveniens supra consideratum dicunt esse præfigendum terminum accusatori trium mensium, vel secundum arbitrium iudicis, infra quem debeat accusator probare accusationem suam, allegant §. Si quis auerit, in Auth. De Sanctiss. Episcop. sed ut dicit Ioan. Andr. hic, i. vers. Alii vero, & ante eum Innoc. in d. cap. Accusatum, n. 2. vers. Alii contra, ille tex. hoc non probat, quia non loquitur de eligendo, sed de electo, & confirmato in Episcopum, cuius menses dantur ad manus consecrationis suscipiendum, ut cap. Quoniam, 75. dist. & cap. 1. 100. dist. innovatis a Concilio Tridentino cap. 2. sess. 23.

26 Tu verò in hoc articulo clarior, & plenius distingue ex mente Host. hic, n. 1. & aliorum, de quibus infra nu. 34. ut proceditur per viam inquisitionis, aut per viam accusationis, denunciationis, vel exceptionis.

Primo casu, cum infamia debeat semper præcedere inquisitionem, ut cap. Qualiter, in secundo, cap. Cum oporteat, & cap. Inquisitionis, infra eod. & cap. Licet Heli, de Simon. inquisitus non poterit eligi, ut cap. Cum in cunctis, de elect. & cap. Tanti Daniel, St. distict. & in hoc primo membro conveniunt Doctores omnes in cap. Accusatum, infra de Simon. Host. Ioan. Andr. & reliqui omnes hic præterea Cardin. n. 1. post med. ibi: ( & per hoc dico, quod

de inquisito indistinctè dicendum est eum repelli, quia non fit nisi præcedente infamia, ) Abb. nu. 4. vers. Et ideo sic patet dicendum, & Marian. Socin. n. 6. vers. Tu verò distingue. Calder. cons. 20. Pendente inquisitione, de preben. ubi consultat litteras ad beneficia non facta mentione de pendente inquisitionis super infamia de criminibus furti, & homicidii, & collationem inde sequitam lite non terminata non valere: & idem repetit. in cons. 4. Fuit formata inquisitio, de accusation. Quamobrem si procederetur per viam inquisitionis in casibus, in quibus potest procedi non præcedente infamia, ut quia de mandato Papa, vel quia expressè, vel tacite renunciatum esset processui super fama secundum ea, quæ leguntur, & notantur in c. 2. de accusat. lib. 6. tunc magis attendetur quantum ad hoc infamia, quæ processui seu modus procedendi, & sic talis inquisitio non impediret electionem, quia cessante ratione legis cessat lex, l. Adigere, §. Quamvis, ff. de usurat. cum similib; & ita per hanc rationem firmat Henric. Boich. in d. cap. Accusatum, nu. 9. vers. Si verò procedatur, de Simon.

29 Secundo casu sub distingue: nam aut contra accusatum, vel denunciatum, aut contra quem de crimine excipitur, præcessit infamia; & tunc similiter eligi non potest, quia sola infamia facti redditur ineligibilem, ut l. 2. C. de dignitat. lib. 12. & in regula Infamibus, de regul. jur. lib. 6. & d. cap. Cum in cunctis, de elect. cum similib; & in hoc pariter conveniunt unanimiter DD. in d. cap. Accusatum, de Simon. & in hoc cap. ubi in specie Anchar. n. 5. dicit etiam sine aliqua lris motione infamatum de crimine videtur ineligibilem, cum infamia facti repellat quemlibet a promotione dignitatis: & idem repetunt Abb. n. 4. vers. Si verò est accusatus, & Marian. Socin. n. 7. vers. Secundo casu. Quod locum habet etiam si penitentiam egerit, quia nihilominus alio qua infamia reserptus etiam nullus eum accusaverit, promoveri non debet, arg. a contrario in cap. ult. infra de furt. & tenet Guilel. Nasos, quem refertur, & sequuntur in cap. Tanti Daniel, 81. dist. Archid. n. 3. Gemin. n. 2. Turri. n. 3. & Præposit. n. 2.

32 Aut infamia non præcessit, sed est criminiosus occultus; & tunc accusatus, vel denunciatus, aut contra quem excipitur, promoveri quidem non potest, ut d. l. Ravi delatus, ff. de muner. & honorib. & ostensum est supra n. 1. 2. & 12. Sed tamen bene potest eligi, tum quia alias posset malitiosè accusari, ut dixi supra n. 25. tum quia eligi non est promoveri, cap. Eamte, & ibid. n. 5. & 5. de rescript. & in hoc casu, ut prædixi, residet Innocentius, cujus opinionem dicunt esse veriore Host. in d. cap. Accusatum, n. 2. in fin. vers. Prima opinio, de Simonia, & Io. Andr. hic, i. circa fin. vers. Dicit Host. & sic solam infamiam, quæ oritur ex processu accusationis, vel denunciationis, licet repellat a promotione, non tamen impedit electionem celebrari, ut formaliter inquit Anchar. hic, num. 5. vers. Sola ergo infamia; & idem in exceptione, quia non impedit electionem ubi infamia non præcesserit, ut cap. Super eo, de elect. & hic notat Marian. Socin. num. 5. circa finem, vers. Si verò ageretur.

34 Supradicta distinctio fuit originaliter Innocentii in d. cap. Accusatum, n. 2. vers. Has autem Decretalis, de Simon. ubi distinguit inter inquisitionem, & accusationem, denunciationem, & exceptionem, ut inquisitus eligi non possit, quia inquisitio fieri non debet nisi contra infamatum, d. cap. Licet, de Simon. & ele.

& electus bonum testimonium debet habere etiam ab his, qui foris sunt: ergo iste, qui diffamatus est, eligi non potest. Sed accusatus, vel denunciatus, aut contra quem de crimine excipitur indistinctè potest eligi, quia est in facultate cuiusque alium accusare, vel denunciare, aut contra eum excipere etiam nulla infamia præcedente, & consequenter ab electione repellere, vel removere; & ita tenet Innocentius solum accusationem, denunciationem, vel exceptionem non reddere aliquem ineligibilem, nisi præcesserit infamia: & subdit hoc esse magis consonum rationi; & cum eo concordant ibi Host. nu. 2. ubi distinguit inter accusatum occultum, & accusatum diffamatum, id est qui diffamatus erat ante accusationem. Primus scilicet occultus non prohibetur eligi: secundus verò, scilicet diffamatus eligi prohibetur, sicut & ille contra quem fit inquisitio, quæ non fit nisi contra infamatum. Talis ergo repellitur, quia fama electi in nullo debet vacillare: eadem distinctio confirmatur probatur in d. cap. Accusatum, Henric. Boich. nu. 8. vers. Sed Hostiensis distinguit, & in hoc cap. Cardin. n. 1. post med. vers. Tenet ergo primus, & apertius Anchar. dicens veram Innocentij distinctionem num. 4. in fin. vers. Et per haec vera videtur, Abb. n. 4. licet aliquantulum vacillet, & Marian. Socin. n. 7.

De etenfat.

Cap. Si confiterit.

S V M M A R I V M.

1 Presbyter in potatione pernoctans, & missam celebrans, officio, & beneficio privari debet.

2 Presbyter qui inter pastum, aut potum, & Missa celebrationem non dormit, an presumatur celebrasse non jejunus, & n. 16.

3 Communicare in die Carna non jejunio stomacho quamvis olim licuerit, hodie tamen est mortale.

4 Eucharistia cur a jejunio tantum sumenda sit.

5 Ebrietas sola non est sufficiens causa privationis beneficii.

6 Intellectus huius cap. usque ad n. 22.

7 Ebrietas cognita licet non asidua semper secundum se est mortale peccatum.

8 Ebrius vino sepultus ignorat quid loquatur.

9 Lex non debet ferri super impossibili.

10 Dormitio post cibum, vel potum an debeat præcedere celebrationem missæ, & n. 13.

11 Jejunus quando quis dicitur ad effectum sumendi Eucharistiam, & n. seqq. & n. 16. & seq.

12 Dies in Ecclesia Romana incipit à media nocte.

13 Digestio cibi, vel potus an debeat præcedere summptionem eucharistia, & n. 11.

14 Sacerdoti an liceat comedere post matutinum, cum dicitur sero, & mane missam celebrare non præmissa dormitione, aut digestionem, & n. 20.

15 Presbyter pernoctans in taberna præsumitur bibisse post mediam noctem, & n. 21.

16 Presbyter qui post mediam noctem cibum, vel potum sumpsit, & mane celebravit an sit beneficio privandus, & n. seqq.

17 Cibum etiam non nutritiens, & per modum medicis sumptus post mediam noctem impedit missæ celebrationem.

18 Injunium naturæ, & Ecclesia in quo differant.

19 Per noctem quid sit.

20 Presbyter qui cibum, aut potum sumpsit ante mediam noctem etiam non præmissa dormitione, vel digestionem potest celebrare.

21 Presbyter vinoletus si in taberna non pernoctavit an in dubio præsumatur celebrasse non jejunus.

22 Ebrietas an sit peccatum.

23 Ebrietas dupliciter accipitur, ibidem.

24 Ebrietas constituitur sub gula sicut species sub genere.

25 Ebrietas qua sit pœna.

26 Ebrius in foro temporali si steterit in meris finibus ebrietas nulla pœna tenetur.

27 Ebrius qui sua culpa in ebrietatem incidit, & ebrius existens hominem interfecit, vel mutilavit an, & quando sit irregularis, & num. seq. usque in finem.

28 Ebrietas contra acta ignoranter, & sine culpa nullam pœnam meretur.

29 Voluntarium duplex.

30 Miles armatus militia, & celestis militiae aquiparatur.

31 Miles ebrius qui seipsum vulneravit à militia removetur.

32 Ebrius meretur duplices maledictiones.

33 Pittacus ebrius delinquenti duplicem pœnam imponendam esse consuevit.

34 Convivium opinio adstruens ebrius sua culpa non esse irregularem ex homicidio resellit.

35 Ebrius, & furiosus aquiparantur.

36 Delictum in ebrietate commissum non constituit novam speciem peccati, sed est circumstantia peccati præcedentis.

37 Voluntarium secundum se est de ratione intrinseca peccati actualis, non autem irregularitatis, & cur.

38 Ignorantia, & error perinde ac furor, & ebrietas excludunt consensum.

39 Irregularitas contrahitur ex homicidio ignoranter, & præter intentionem commissio quævis culpa præcedit casum.

40 Pater qui dormias in lecto infantem suffocavit an sit irregularis.

41 Irregularitas contrahitur etiam ex causa remota ad homicidium ordinata quando quis dabit operam res illicitæ.

42 Ebrius sum in duplici differentia, & n. 46.

43 In homicidio ebrius considerari possunt tres actus, & n. 46.

44 Irregularis non est præbens homicidio causam remota, & ad homicidium non ordinata, & tam si daret operam res illicitæ.

45 In ebrietate oportet veniam habere.

46 Delinquentes per ebrietatem non dicuntur stultose delinquere, sed impetose, & ideo mitius puniuntur arbitrio iudicis.

47 Ebrietas voluntaria qua dicitur.

48 Ebrius pluries injuriatur, quam sobrius.

49 Ebrietas voluntaria est culpa mortalis.

50 Ebrius sua culpa qui in ebrietate homicidium





jeit in alium puerum, ut timorem illi incuteret, & sic debet operam rei illicitae non contraxit irregularitatem ex eo quod ille a projecto lapide, non percussus corruens, & capite illius ad petram ex aliorum incuria obiit, ut ibi deciditur, & latius probavi in cap. De cetero, n. 3. eod. tit. & in hoc primo casu salvari potest opinio Alphonsi à Castro, & Couvarr. ut ipsemet videtur declarare in d. Clem. si furiosus, par. 3. num. 4. vers. Tandem quarto: & ita etiam intelligi potest, quod docuit Aristotel. 2. de his. In ebrietate oportet veniam habere: & quod habetur in l. Omne delictum, §. Per vinum, ff. de milit. videlicet per vinum, aut lasciviam lapsos clementius esse puniendos.

45 Et quod ait Bald. in cap. A crapula, num. 3. supra de vita, & honest. Clerici, id est delinquentes per ebrietatem non dici studiosè delinquere, sed impetuosè, & idèò mitius puniendos esse juxta text. in l. Respicendum, §. Delinquent, ff. de penis, idque Iudicis arbitrio relinquere tradiderunt Roman. in l. 1. n. 9. ff. de verb. obligat. Dec. in cap. 1. in fine, de testib. & alii apud Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 4. casu 326. & hunc venialiter tantum peccare docuit S. Thomas præallegatus in 2. 2. q. 150. art. 2.

46 Alio modo potest quis in ebrietate incidere cum advertit potum esse immoderatum, & inebriante, & tamen vult magis ebrietatem incurere, quam a potu abstinere, & sic voluntariè inebriatur, & factus ebrius hominem occidit, aut mutilat; & hunc non audeat excusare ab irregularitate, quia ejus voluntas proximius accedit ad homicidium, quam in primo casu. In illo enim solus potus fuit voluntarius, ex potu verò præter intentionem contigit ebrietas, & ex ebrietate homicidium. In hoc verò non tantum potuit fuit voluntarius, sed etiam ebrietas, ex qua immediatè homicidium processit. Unde hic fuit in lata culpa, & dedit causam proximam homicidio, aut remotam quidem, sed tamen ad homicidium ordinatam, quæ sufficit ad incurrendam irregularitatem secundum Marian. Socin. in cap. De cetero, n. 9. & ibi dixi n. 16. de homicid. præsonoscere enim debuit, & potuit facillè posse contingere, ut in ebrietate aliquem percuteret, vel offenderet; quia pluries injuriatur ebrii, quam sobrii, ut patet per Philosoph. 2. Politic. & per Divum Thomam in 1. 2. q. 76. num. 4. ad 4. in fine, & Bald. in l. 1. n. 40. C. Unde vi. Et propterea Preverb. 20. dicitur tumultuosa ebrietas, ut in cap. Luxuriosa 35. dist. alii legunt contumeliosa, ut lo. à Capistr. in cap. A crapula, in 1. notab. supra, de vita, & honest. Clericor. & culpam mortalem esse se sciens inebriare probat Sanctus Thomas in 2. 2. quest. 150. d. art. 2. Abb. Antiqu. in d. cap. A crapula num. 3. per textum in cap. Nullus de consue. dist. 5. Navarr. in Manuali cap. 23. num. 121. & dixi latissimè in cod. cap. A crapula, à num. 24. & in hoc secundo casu procedit opinio, ejusdem D. Thomæ in 1. 2. q. 77. art. 7. Loquitur enim expressè de illo, qui voluntariè inebriatur.

49 Ceterum in practica arbitror indistinctè ebrium homicidam debere esse irregularem reputare, & abstinere à ministerio altaris hoc præcipuo fundamento, quia cum in hoc articulo sint ex utraque parte auctoritates, & rationes probabiles, hinc status rei dubius constituitur, ut patet in 1. Topistor. c. 9. in prime, ubi problemata iudicio dicuntur dubitationem habere, quia de utriusque sunt rationes suasibiles: & latissimè probavi in cap. Ne ini-

47 In materia irregularitatis, ut similitè probavi in cod. cap. Ne iniuriis, à num. 71. usque ad ad. n. 229. ubi etiam offendit fallam esse differentiam, quam nonnulli ex recentioribus Theologis subtiliter excogitarunt inter dubium Juris absolutum, & dubium juris, & personæ simul.

52 Accedit quod vix posset esse sine scandalo, ut ebrius ex immoderato usu vini hodie homicidium committeret, & cras nulla prævia dispensatione ministraret maltari copus, & sanguinem Christi, & causa instituenda irregularitatis secundum Laud. & Cardin. in Clem. 1. num. 2. in 18. quest. de homicid. Fuit horror & scandalum inde oriens, quia abominabile est, ut qui intinxit manus in sanguinem humanum offerat sanguinem, & hostiam immaculatam Deo. De quo tamen vide per Marian. Socin. in d. cap. Ad audiendam, n. 66. de homicid.

De Accusat.

Cap. Qualiter, & quando, il secundo.

S Y M M A R I V M.

- 1 Inquirere debet Superior contra subditum maxime Prælatum de his tantum, super quibus præcessit infamia, & n. 9. & II.
- 2 Prælatum diffamatus maxime de dilapidatione potest per superiorem compelli ad reddendam rationem administrationis.
- 3 Secus si diffamatus non sit, & n. seq.
- 4 Prælatum in quibus differat à tutore.
- 5 Inquirenda est veritas ab eo, contra quem fit inquisitio, prius quam à testibus.
- 6 Inquisitio est permixta non solum cum agitur ad vindictam publicam, sed etiam ubi agitur civiliter adversus statum Ecclesie.
- 7 Inquisitio in causis civilibus est permixta, si spectat aut publicam utilitatem principaliter.
- 8 Inquisitio faciendâ est in loco ubi quis laborat infamia.
- 9 Ad inquisitionem ex fama ut procedi possit tam contra subditum, quam contra Prælatum que requiruntur.
- 10 Inquisitio ut fieri debeat, requiritur, ut fama ad aures Superioris pervenerit, nec sufficit, ut pervenerit ad alios.
- 11 Inquisitio nec contra Prælatum, nec contra subditum fieri potest, nisi infamia præcesserit.
- 12 Episcopus non debet contra subditum in criminalibus procedere nisi adhibitis secum Canonici Ecclesie Cathedralis.
- 13 Episcopus in causis criminalibus non tenetur sequi consilium Capituli, sed satis est, ut illud requiratur.
- 14 Sed de consuetudine procedunt Episcopi soli sine Capitulo, & valet talis consuetudo.
- 15 Et quid si Capitula sint excepta.
- 16 Iudex in iudicio inquisitionis locum accusatoris non tenet.
- 17 Fama in inquisitionis iudicio tenet locum accusatoris, & n. 69.

- 18 Inquisitio an sit remedium ordinarium, vel extraordinarium, & n. seq.
- 19 Inquisitio jam incepta cessat superveniente accusatore.
- 20 Prælati sunt positi tamquam signum ad sagittâ.
- 21 Prælatum malus timet bonum subditum.
- 22 Prælati cum teneantur subditos arguere, & increpare, odium multorum incurrunt, & n. 27.
- 23 Criminosus primo est arguendus, secundo increpandus, tertio suspendendus, quarto excommunicandus, quinto deponendus.
- 24 Morbis variis parare varias medicinas oportet.
- 25 Accusatione legitima procedere debet in scripto.
- 26 Fallit in quinque casibus: remissive.
- 27 Inquisitio non in a facillè est faciendâ contra Prælatum, sicut contra subditum.
- Contra Prælatum requiritur infamia, que sine scandalo dissimulari non potest, vel sine periculo tolerari, ibid. & n. 47.
- 28 Inquisitio quando fit contra aliquem debet ille esse presens.
- 29 In inquisitione quis ordo sit servandus.
- 30 Inquisitio si primo fieret, & postea traderentur Capitula, nihil ageretur.
- 31 Quod procedit in inquisitione speciali, secus in generali, in qua non dantur capitula.
- 32 Processus inquisitionis non traditur reo capitulis valet, si non opponatur.
- 33 Confessionem suam inquisitus non potest impugnare sub prætextu, quod capitula sibi tradita non fuerint, vel infamia non præcesserit.
- 34 Iudex quot modis procedere possit super crimine, & n. seq.
- 35 Sententia forma in quolibet procedendi modo sequi debet juxta formam iudicis, & n. 79.
- 36 In Romana Curia agitur de crimine duobus modis.
- 37 Processus diversi, quando diversis modis in diversis instantiis facti sunt, & nullus per se sufficit ad condonationem an possunt simul cumulari, & n. seq.
- 38 Probatio unus modi agendi non facit fidem in alio modo agendi, vel super alio articulo.
- 39 Processus super crimine factus super uno modo agendi, si sit perfectus, non impedit altum procedendi modum.
- 40 Inquisitio quousque sit, & an id quilibet inquisitione sit servanda forma hujus capituli, & n. seq. usque ad n. 62.
- 41 Inquisitio generalis alicuius quæ dicitur.
- 42 Et que inquisitio generalis.
- 43 Capitula tradi non debent quando inquiritur super statu Ecclesie.
- 44 Inquisitio specialis que fit, & n. 55.
- 45 Si fiat non ad penam imponendam, sed ex debito officii, non requirit infamiam.
- 46 Idem si fiat ad denunciationem publicæ Officialis.
- 47 Probationes super fama leviores sufficiunt contra subditum, quam contra Prælatum.
- 48 Inquisitio contra Regularem, si fiat ad correctionem, non requirit formam hujus cap.
- 50 Si verò fiat, ut ab administratione removeatur, servanda est hac forma quoad quædam, & n. 98.
- 51 Prælati regulares ex levioribus causis ab administratione removeantur, quæ secularis, & n. 110.

- 52 Et spectanda est consuetudo specialis locorum Religiosorum.
- 53 Priores, & officiales minores inquisitione, & destituantur pro libito Abbatis etiam sine causa, & n. 102.
- 54 Inquisitio alia est preparatoria, seu generalis ad inveniendum delinquentem, alia solemnis ad puniendum, que à Canonistis dicitur specialis, & n. 56.
- 55 Inquisitionis specialis definitio.
- 56 Inquisitionis generalis, & specialis communis practica que fit, & n. seq. & n. 60.
- 57 Inquisitio generalis, que fit ad inveniendum delinquentem non requirit infamiam.
- 58 Inquisitio generalis transit in specialem quando testes in genere interrogati nominant delinquentem in specie, & n. 61.
- 59 Inquisitio specialis contra certam personam sive ex officio, sive ad denunciationem alterius fieri non potest nisi infamia præcedente.
- 60 Inquisitio specialis non præcedente diffamatione est nulla, nec obstat contraria consuetudo.
- 61 Inquisitio generalis, in qua per testes aliquis nominatur, sine alia fama aperit viam ad specialem inquisitionem.
- 62 Inquisitio super crimine, que fit ex mero iudicis officio an, & in quo differat ab inquisitione, que fit ad querelam, seu denunciationem partis, & n. seq. usque ad n. 68.
- 63 Iudex inquirens ex mero officio recipit juramentum ab illis, contra quos est faciendâ inquisitio, secus si ad alterius instantiam.
- 64 Iudex procedens super crimine ex officio non tenetur recipere probationes super fama, sed satis est, ut de ea sibi constet.
- 65 Iudex procedens ad instantiam alterius admittit probationes contrarias super bona fama; secus quando procedit ex officio.
- 66 Litis contestatio fit cum promoveri inquisitionem quando iudex procedit ad denunciationem.
- 67 Testes recipi possunt etiam publicis attestamentis quando iudex procedit ex officio.
- 68 Inquisitionis iudicium in quo differat à iudicio per viam accusationis, & per viam denunciationis: & numerus seq. usque ad n. 84.
- 70 Testes in iudicio inquisitionis recipiuntur lite non contestata.
- 71 Testes admittuntur etiam minus idonei, quando fit inquisitio tam in capite, quam in membris, & super statu Ecclesie.
- 72 Accusatio, & denuntiatio fit etiam de occultis criminibus dummodo probari possint: inquisitio facta.
- 73 Accusatus super occultis respondere compellitur, quia jurat de calumnia.
- 74 Inquisitio de dilapidatione inter crimina administrationis removeatur consistit de suspitione: secus in accusato.
- 75 Prælatum de gravi crimine inquisitus, & convictus ab administratione totaliter removeatur: Accusatus verò deponitur.
- 76 Degradatio accipitur etiam pro verbali depositione
- 77 Et est pena capitalis.

- 78 Iudex in iudicio denunciationis non debet penam ordinariam imponere, sed penitentiam compellere, & n. seq.
- 79 Denunciatio triplex Evangelica, Iudicialis, & Canonica: & in quilibet diversa feruntur sententia.
- 80 Inquirentis officium est veritatem invenire.
- 81 Denunciationis finis est emendatio fratris: Accusationis vero punitio criminis ad publicam vindictam.
- 82 Accusationem legitima precedere debet inscriptio, Denunciationem charitativa correctio, inquisitionem clamorosa insinuatio.
- 83 Mentio in accusatione, & inquisitione non requiritur, etiam si procedat per inquisitionem ad denunciationem alterius.
- 84 Fama qualiter probetur.
- 85 Testes super fama interrogati qualiter debeant deponere.
- 86 Fama in criminalibus an aliquem gradum probationis constituat, & n. seqq.
- 87 Fama est sufficiens inditium ad inquirendum contra eum, qui maleficium commisit.
- 88 Fama in criminalibus nec fimplenam facit probationem, nisi de crimine civiliter agatur.
- 89 Et sine adminiculo an sit sufficiens inditium ad torturam.
- 90 Prælatus an statim lata sententia super crimine intelligatur ipso iure privatus dignitate, vel beneficio.
- 91 Sententia lata super crimine quos effectus producat.
- 92 Condemnatus in penam, que statim aufert libertatem, perdit testamenti factionem, sed non ea, que sibi competunt ratione publici officii.
- 93 Beneficia eius, qui per sententiam fuit depositus, possunt per episcopum alteri conferri.
- 94 Depositus spoliari potest etiam beneficium, que possidet in alio diocesibus.
- 95 Prælato condemnato an statim liceat electoribus ad electionem alterius procedere.
- 96 Prælatus post sententiam condemnatoriam an remaneat possessor dignitatis, vel beneficii.
- 97 Infamia, que ex pena procedit evidenter est, quam que ex sententia.
- 98 Inquisitio, que formatur contra Regulares quot habeat specialia.
- 99 Ordo iuris in inquisitione, que fit contra Regulares non est ad unquam observandus quoad substantialia iudicii: sed quoad veritatis probationem.
- 101 Exceptiones tot non recipiuntur contra regulares, quot contra seculares.

**QUALITER, & QUANDO, IL SECONDO.** Superior contra subditum maxime Prælatum de his tantum inquit super quibus præcessit infamia: & tunc eum vocabit, articulos ipsi tradet, nomina, & dicta testium ei publicabit, & exceptiones, & defensiones illius admittet, & ab administratione removebit illum, si appareat graviter deliquisse. Hic ordo non est ad vnguem in Regularibus observandus. Hoc dicit secundum Jo. Andr. Butr. Cardin. Anchar. Abb. Joann. de Anan. Arcin. Mar. Socin. Felin. & Bero. Dicebat Host. Ponuntur hic auctoritates viriisque testamenti, & ipsarum mens, ex quibus colligitur qua-

liter, quando, & contra quem, & ad quos fit inquisitio faciendâ, & quis sit effectus, Cardin. dicebat: Ponit theoreticam, & practicam inquisitionis melius, quam alia quævis lex, vel Decretalis: eamque adeo luculenter repetit Mar. Socius, ut Felin. in princ. formaliter dixerit: non tractabo in ista Decretali multa, prout requirit ejus fama, quia per solemnitatem repetitionis D. Martiani adeo est occupatus campus, ut existimem superfluum quod distinctissimè tractatum est iterum revolvete. Dividitur in quatuor partes secundum Petrum de Sampson, & Abb. Amic. Prima dicit quando inquisitio fit faciendâ. Secunda qualiter. Tertia ad quid. Quarta limitat, secunda ibi, Debet; tertia ibi, Ad corrigendos; quarta ibi, Hunc tamen.

2 Nota primo ibi, Villicus ille, qui diffamatus erat, Prælatum diffamatum maxime de dilapidatione posse per superiorem compelli ad reddendam rationem administrationis: quod denotatur per verbum, Villicus, quod denotat Prælationem, secundum Hostien. bienn. 2. & notat Abbas n. 4. Mar. Socin. num. 17. & Arcin. in 4. notab. Ergo à contrario, secundum eos si non sit diffamatus, non videtur posse compelli: sed oppositum tenet glossa hic in verb. Redde rationem: ea ratione, quia Prælatus æquiparatur tutori, & procurator est, non Dominus, cap. 2. supra de dolo, c. 2. q. 12. q. 1. Et ideo debet reddere rationem administrationis suæ tamquam Tutor, l. 2. c. de iudic. Sed potest dici aliud esse in tutore, & aliud in Prælato: nam tutor est temporalis, & ejus administratio finitur pubertate, ut instituitur. Quibus modis tutel. fin. per totum: & ideo tenetur reddere rationem finita tutela indistinctè, ut l. adus, & l. adversus, ff. de administrat. tutor, & l. nisi simia, ff. de tutel. & ration. dis. quo fit. ut Gubernatores, & Administratores hospitalium, & piorum locorum, licet non sint suspecti de dilapidatione, ad instar tutorum, & curatorum teneantur singulis annis de sua administratione rationem reddere, ut in Clem. Quia contingit. S. Ili etiam, de religiof. domib. & in Concilio Tridentino, cap. 9. sess. 22. At Prælatus est perpetuus, quia beneficium non potest dari ad tempus per alium, quam per Papam, ut dicit gloss. notab. in cap. Veniens, in ver. Ordinafisti, supra de fil. Presbyr. Item tutor non potest procuratorem constituere ante litem contestatam, l. Neque C. de procurat. Secus in Prælato, ut notatus in cap. 1. supra de procurat. Item tutor non utitur bonis pupilli, sicut Prælatus vitur bonis Ecclesie. Item tutela est onus, Prælatura est honor, & Prælatus habet liberam, & generalem administrationem: in bonis Ecclesie, & potest donare aliqua bona, si hoc habeat consuetudo: tutor non cap. Ceterum de donato. Unde nil mirum si Prælatus non est cogendus reddere rationem, nisi laboret infamia, ut hic per Butr. num. 23. & Anchar. n. 12. & 31.

5 Secundò nota ibi, Quid hoc audio de te? Esse prius exquirendam veritatem ab eo, contra quem fit inquisitio, quam à testibus, prout fecit iste Dominus, nam si puram, & meram confiteatur contra se veritatem, cum eo mitius est agendum, cap. Innoctus, §. Multa, supra de elect. nec est opus testibus, ut hic notat gloss. 3. in addit. Host. nu. 2. in ver. Redde rationem, Jo. Andr. nu. 3. Butr. nu. 5. vers. Per hanc Decretalem, & Cardin. num. 3. vers. Nota quod

- autquam, dicens ita servari, ut ante omnia peccetur ab inquisito de veritate. Et advertet, quia auctoritas novitissimi hic allegata concernit inquisitionem faciendam super crimine dilapidationis: auctoritas autem veteris testamenti concernit crimina graviora, ex quibus conuictum colligebatur Petr. de Anchar. hic in 5. not. Io. de Anan. n. 6. vers. Nota quod ille, n. 7. & Arcin. n. 6. inquisitionem esse per missam non solum cum agitur super rebus ecclesiasticis, ne dilapidentur, & sic ad utilitatem Ecclesiarum inquisitio est permisa singulariter pro utilitate publica. Vnde in causis merè civilibus si spectant ad publicam utilitatem principaliter, inquisitio est permisa, ut l. Si vacantis, C. de bon. vac. & l. Missi opinatores, C. de executor. tribus, lib. 10. imo & quandoque ad utilitatem privatam permittum est iudici inquirere, ut patet in l. iuris, c. Ad nostram, il secundo, supra de iur. iuran.
- 8 Tertiò nota ibi, dicendam, & videbo. Prælatum debere descendere ad locum, ubi quis dicitur infamatus, quia ibi melius veritas reperitur ubi aliquis est notus, cap. Postquam, de elect. cap. Quosdam, & cap. Quanto, de presump. & quia potest de criminibus esse diffamatus in uno loco, & non in alio: in loco igitur ubi est infamia, & non in alio est inquirendum, ut notatur in d. cap. Ad nostram, il secundo, de iur. iuran. & in cap. Cum deputati, de iudic. & per Anchar. hic in 6. notab. & Io. de Anan. n. 7. circa finem, vers. Nota quod Prælatus.
- 9 Quarto nota in vers. Ex quibus auctoritatibus, tria requirunt ad hoc ut ex fama possit ad inquisitionem procedi contra subditum, quam contra Prælatum. Primum est, ut fama, & clamor a d. aures superioris deveniret, secundum, ut fama non habuerit ortum à malevolis, & maledicis, sed à providis, & honestis; tertium, ut non semel tantum, sed pluries hæc fama invaluerit, ut in litera, & notat Butr. n. 4. Mar. Socin. n. 19. & Arcin. n. 10. Quid autem sit fama, & de illius speciebus, & requisitis, & in quibus differant rumor, & fama, egi latissimè in c. Vistra, supra de coh. ab. cleric. & mulier.
- 10 Quintò nota ibi, Vtrum clamorem, qui venit ad me: tunc demum teneri Prælatum inquirere, quando ad eum pervenit diffamatio: facit etiam textus ibi, ad aures superioris: unde non alitringitur inquirere quando fama solum pervenit ad alios, secundum Host. n. 4. vers. Qui venit ad me, Butr. n. 8. & Mar. Socin. n. 18.
- 11 Sextò nota ibi, Si per clamorem, & famam ad aures Superioris pervenerit. Nec contra prælatum, nec contra subditum posse superiorem inquirere nisi infamia præcesserit, ut hic est casus secundum omnes, sed de hoc latius dicam infra in prima quaest.
- 12 Septimò nota ibi, coram Ecclesia Senioribus, Prælatum non debere contra subditum in criminalibus procedere, nisi adhibitis secum Canonice Ecclesie Cathedralis: nam iurisdictionem aliam non exercet Episcopus sine consilio Capituli, ut cap. Episcopus nullius, 15. q. 7. cap. Novus, & cap. Quanto, de his que fiunt a prælato, & hic notat Butr. n. 10. Cardin. n. 7. Abb. n. 6. Ioan. de Anan. n. 9. Mar. Socin. n. 24. & 25. Arcin. in 7. not. & Bero. n. 17. Ergo non tenetur illius consilium sequi, sed satis est, ut illud requiratur, & coram Capitulo.

tulo cognoscat, cap. Cum olim, de arbitris, nam & textus in c. Episcopus nullius, solum presentiam requirit, & textus nosse dicit, coram Senioribus. Ergo Episcopus potest inquirere etiam Capitulo invito, arg. l. Coram, ff. de verb. signific. sed hodie forte propter ignorantiam Canonico communit et Episcopi contra eos præscriperunt, ut ipsi soli absque Capituli consilio de criminibus inquirent, & iurisdictionem exerceant; & valet talis præscriptio, seu consuetudo, ut in c. 3. & ibi gloss. i. de consuet. lib. 6. & probatur in c. Irrefragabilis, & in c. Pastoralis de offic. ordina. & tenet Abb. Mar. Socin. & Bero in locis supradictis. Fallit in Capitulis, quæ exemptionis privilegio, vel alio speciali iure se teneant adversus iurisdictionem Episcopi: tunc enim contra Capitulum delinquentes Episcopus non potest solum procedere, sed servata forma à Concilio Tridentino, præscripta in c. 6. sess. 25. de reform. non obstantibus consuetudinibus etiam immemorabilibus, de quo die, ut scripsit in d. cap. Irrefragabilis, §. Excessus, n. 9. & 10. 10. & 21. de offic. Ordinar.

16 Octavò nota ibi; Nam tamquam idem sit accusator, & iudex. In iudicio inquisitionis iudicem non tenere locum accusatoris, & hoc ideo, quia alia debet esse persona iudicis, alia accusatoris, ut cap. Forum, infra de ver. signific. & cap. r. 4. q. 4. sunt enim hæc officia incompatibilia, secundum Cardin. hic n. 8. Abb. n. 7. Arcin. n. 11. & Mar. Socin. n. 27. Fama ergo in inquisitione succedit loco accusatoris, ut innuit liere ibi. Sed quasi denunciante fama, vel deferente clamore, & notant Host. n. 10. in ver. Deferente, Io. Andr. nu. 13. in eodem verb. Butr. n. 5. Cardin. n. 8. Petr. de Anchar. n. 10. Io. de Anan. cod. n. & Bero. n. 23. & ita tenere communiter Canonistas affirmat Præpositus in cap. Accusatione, nu. 41. vers. Item dixi de crimine, 2. q. 8. & post eum Iul. Clarus in pract. §. fin. q. 6. post primo.

18 Et ex hoc dicunt aliqui inquisitionem esse remedium, & iudicium extraordinarium, quod non concurrit cum ordinario, imò superveniente accusatore cessat inquisitio iam incæpta, ut notat Dyn. in c. Factum legitime, vol. 2. in fin. vers. unde sunt argumenta, de reg. iur. lib. 6. & Batt. in l. 2. §. Si ante extraneus, nu. 2. ff. de adulter. quos legitur Anchar. loco cit. hoc tamen requirit altorem indaginem; & Bald. in l. Ea quidem, n. 38. vers. Quod isti dicunt, C. de accusat. dicit inquisitionem de iure canonico esse auxilium ordinatum; & allegat Innocentium in c. Dilecto, de sent. excom. lib. 9. secus de iure civili, quia licet fama videatur accusare; tamen accusatur teneat se inscribere, ut l. final. C. de accusat. sed secundum canones in inquisitione cessat subscriptio. Ergo &c. Magis tamen communis opinio est etiam secundum Canones Inquisitionis remedium esse extraordinarium: & in specie hæc esse communem opinionem attestatur Aleciatus in c. 1. nu. 14. de offic. Ordinar. Hic in Apostil. ad Angel. de malef. in ver. Hæc est quedam inquisitio, post num. 80. Dec. in rubr. de iud. num. 37. & num. 43. vers. Et quod iudicium inquisitionis, prout illum refert Bosius in tit. de Inquisit. num. 17. & Clar. in pract. §. final. q. 3. vers. Dicit autem scire: & ratio hujus conclusionis est, quia de iure communi regulariter quilibet admittitur ad accusandum, nisi expresse prohibitus repetatur, Qui accusat, ff. de accusat. §. 1. In primis verbis; iureiuratio accusatio dicitur remedium ordinarium.





officio; cap. 1. & cap. Irrefragabilis, de officio Ordinar. cap. Vacat, 10. q. 1. cap. Excommunicamus, §. Et adferimus, infra de Hereticis, cap. 1. §. Sicut, de cens. lib. 6. Concil. Tolet. 4. cap. 35. Concil. Trident. sep. 24. de reform. cap. 3. & in his duobus casibus dicit Hostien. non habere locum formam huius Concilii, sed sicut generalissima, vel generalis expuro, & compendiose proceditur contra omnes. Vnde dicebat Abbas Antiquus hic n. 2. **43** *prope fin. Capitula tradi non debere quando inquiruntur super statu Ecclesie, sed solum quando inquiruntur contra certam personam.* Fit etiam inquisitio generalis extra visitationem aliquo impetente, seu denunciante, vel ex officio fama deferente, in quo casu similiter dicit Hostien. formam huius Concilii non esse servandam, sed aliam, de qua in cap. Cum 1. & A. & cap. seq. de re iudic. Licet subdat illa capitula posse etiam intelligi de singulari inquisitione tantum, ut ibi notatur, & cum Hostien. concordant hic Io. Andr. num. 7. & alii infertur citandi num. 54. Mar. Socin. num. 56.

**44** Specialis, sive singularis est, quae fit contra certam personam; & in hac distinguitur secundum Abb. n. 11. *vers. Quadam est inquisitio specialis, ex mente* **45** *Hostien. num. 7. & 8.* Nam quandoque fit talis inquisitio, non ad poenam imponendam, sed ex debito officii, vel ut matrimonium non contrahatur propter aliquod impedimentum, vel ut non promoveatur quis ad Praelaturam, seu non conferretur electus, si reperitur viciosus; & in tali inquisitione non exigitur infamia, cap. final. de elatione, de sponsar. cap. Postquam, cap. Cum dilecti, & cap. Nihil, de elect. cum multis similibus; & vide quod notat Innocent. in cap. 1. de excens. Praet. & Hostien. in cap. vi. Et Ecclesiast. benef. Et idem est ubicumque iudex expuro, & meto officio procedit, in his maximè, in quibus imminet periculum animarum, ut patet in cap. Ad nostram, si secundo, supra de iureiur. & in cap. 1. de officio Ordini. & in l. 1. & l. 1. in confirmando, ff. de consert. iur. & in l. 3. ff. de suspens. tutor. de quo die plenius, ut notatur per Hostien. in summa de **46** *criminiis sive ordine puniendis, §. fin.* Quandoque verò haec specialis inquisitio fit ad poenam imponendam; & tunc subdistinguitur, nam aut proceditur ad denunciationem illius, ad quem hoc pertinet ex officio; & non est opus ut praecedat infamia, l. Ea quidem, C. de accusat. cap. Praeterea, de testibus cogen. non tamen denunciat nisi notorium, alias non creditur denunciatoribus, ut notatur in cap. Nullus, si secundo, §. Aliquando, 4. q. 4. & per Doctores, maximè per Salicetum in **47** d. l. Ea quidem. Aut fit non ad denunciationem publici officialis, sed fama deferente, & tunc aut proceditur contra praelatum saecularem, aut contra subditum etiam saecularem, aut contra regularem, Primo casu contra saecularem praelatum non sufficit simplex fama, vel clamor, & si frequens sit, nisi sit tanta, quae scandalum generet, vel sine periculo tolerari non possit, ut dixi supra in 12. not. Secundo casu contra subditum saecularem sufficit fama frequens, & clamosa, & si non generet scandalum ut in littera, & dixi in eod. no. tab. & in utroque istorum membrorum servari debet forma, quae hic traditur in §. Debet. Ac **48** propterea requiritur probatio fama, de qua notatur in cap. Cum oporteat, §. final. in 1. responsio

*supra eodem:* quod tamen totum est arbitrio boni iudicis relinquendum, ea tamen habita consideratione, ut leviores probationes sufficiant contra subditum, quàm contra praelatum, ut patet in cap. Licut Heli v. r. de Simon. & in cap. Pastoralis, in 1. responsio in fin. supra de officio delegat. & arg. cap. Cum istorum, §. Si verò claustralis, & §. praecèd. infra de sentent. excomm. & l. 3. ff. de alien. iur. iudic. caus. fact. secundum Hostien. & Io. Andr.

**49** Tertio casu cum fit inquisitio contra Regularem iterum subdistinguitur: nam aut fit ad correctionem, seu ad poenitentiam secundum regulam; Et non est opus servare formam hic praecipit, sed iuxta eandem regulam proceditur de plano, ut cap. Reprehensibilis, & cap. Cum speciali, supra de appellat. cap. final. de Regular. cap. In singulis, & cap. Ea qua. de stat. Monachor. Aut fit inquisitio, ut ab administratione removeatur: & tunc quando agit de Abbate, vel Priore Conventuali, aut curam habente, & auctoritate Superioris instituto, quamvis non ad unguem, tamen quoad ad quendam servanda est forma huius capituli, ut scilicet vocetur, ut se possit defendere, ut patet in cap. Ad petitionem, §. Cum igitur, supra eod. & infra cap. Olim, §. Si verò, & in cap. Per tuas, de simonia. Verum tamen ex levioribus causis removei potest, quàm saecularis, ut dicitur in d. cap. Per tuas in fin. & in cap. final. infra eodem.

**50** Haec in fin. in §. Hunc tamen ordinem. Sed & consuetudo specialis locorum religiosorum in hoc spectanda est, ut subiicitur in d. cap. fin. & legitur, & notatur in cap. Quia nos. de appellat. Si verò agitur de Priore simplici, vel officiali, seu aliam obedientiam, teneat, talis instituitur, & definitur pro libito Abbatis etiam sine causa, ut legitur & notatur in cap. Cum ad monasterium, §. Tales, & in c. Monachi, §. Prioratus & §. Priores, supra de stat. Monachor. & in cap. Volentes, §. final. de privileg. lib. 6. & latius dicam infra num. 102.

**51** Ita in hac materia inquisitionis distinguitur hic Hostien. num. 7. & 8. & latius in summa de inquisitionibus, & cum eo concordat hic Ioan. Andr. num. 7. §. 9. Henric. Boich. à num. 1. usque ad num. 7. Butr. num. 9. Cardinal. in §. Hunc tamen, nu. 6. post med. vers. Alii aliter dividunt, Anchar. num. 38. post med. vers. Hostien. etiam hic dicit abb. num. 11. & Io. de Anan. ind. Debet n. 6.

Legitè tamen aliter distinguunt; nam omnia illa generalissima inquisitione, quae fit per Officialia ad praecipitum l. Cognovit, ff. de offi. Praesid. cuius loco hodie succellit proclama, seu bannum generale contra omnes homines male conditionis, & famae, quod faciunt potestates in principio eorum officii, ut attestatur Ang. l. de malef. in ver. Hac est quaedam inquisitio, num. 2. & Iul. Clar. in **52** *pract. §. final. quasi. 3. in princ.* Dicunt Legitè duas tantum esse inquisitionum species. Altera dicitur preparatoria, quam aliqui appellant generalem, quae fit ad inventiendum delinquentem, & iudex generaliter inquit quistnam delictum commiserit, informationes generales de super assumendo. Altera dicitur solemnis, quae fit ad puniendum contra particularem personam, de cuius delicto iam Certa notitia habuit. Et hanc Canonistae specialem appellant, & distinguunt esse in quodam per officium procedendi ad condemnandum

dum, & puniendum facinorosos homines de territorio inquirentes de aliquo crimine non à malevolis infamatoribus, ut per Praepositum in cap. De accusatione, num. 21. 2. qu. 8. Ita distinguit Bart. in l. 2. §. Si publico, num. 9. ff. de adulter. & Salve. in **56** *l. Ea quidem num. 31. C. de accusat.* quos referit, & sequitur Bero hic num. 35. Et fuit originalis distinctio Innocentij in cap. Bona al primo, num. 5. supra de elect. ubi formaliter inquit. (Item nota, quod sic servat totum mandus, quod contingente in malicio notorio statim inquit iudex generaliter non contra certam personam, & facta inquisitione vocat nominatos in inquisitione de maleficio, ut le defendant, & quod longam interpretationem recipit ex iteratione factorum mutari non debet. Minus, & l. Si de interpretatione, & l. seq. ff. de Legibus, & sic cum maleficio sic notorie factum est, sed quis illud fecerit, est incertum, iudex nullo vocato procedit ad inquisitionem illius malitij, scilicet per quos factum; & idem si certum sit de aliquibus personis, & de aliquibus incertum; & haec inquisitio, quae fit de incerta persona, est tantum preparatoria alterius inquisitionis, nam contra personam in prima inquisitione non inatam recipitur nova inquisitio, & idè testes, qui dixerunt in prima, scilicet, quando contra nullam personam agitur, iterum recipiuntur in secunda, quando contra certam personam agitur, argum. cap. Venient, supra de testibus.)

Haec sunt verba Innocentij; quem referit Bald. in l. Edita, in secunda lectura, num. 30. ad fin. vers. Et dicit Innocentius, C. de elendo, Angl. in l. Ea quidem, num. 5. C. de accusat. dicens ita observare communem consuetudinem mundi, Io. de Anan. in cap. Inquisitionis, num. 5. vers. Sed adverte: & ibi etiam Felin. eodem num. supra eod. Praepositum cap. De accusatione, num. 40. vers. Et de hoc dicit Innoc. 2. qu. 8. alios cumulat Menoch. **57** *de praesumpt. lib. 1. praesumpt. 88. n. 7. & 8.* Communis iuris practica est, ut si non sit poena contra aliquem querela, vel denuntiatio, vel aliter aperta via iudici ad specialiter inquirendum, sed tantum constet delictum fuisse commissum, iudex statim ex officio inquit generaliter interrogando testes, quos putat de negotio informatos in genere, an sciant quis delictum commiserit neminem nominando; Et in hac generali, seu preparatoria inquisitione, quae fit ad inventiendum criminiosum, non requiritur, ut infamia praecedat; & ita omnes farentur, ut inquit Bero. hic num. 34. & Iul. Clar. in *prax. §. fin. quasi. 6. vers. Scias etiam.* Quando verò certus est delinquens, puta quia poena est contra aliquem querela, vel denuntiatio, tunc iudex non inquit generaliter, sed specialiter interrogando testes, quid sciant de contentis in ipsa querela, vel denuntiatione, in qua ille est specialiter nominatus, tunc autem illa inquisitio generalis transit in specialem, quando testes, qui sunt in genere interrogati, nominant ipsi in specie delinquentem, nam eo casu illa denominatio aperit viam iudici ad inquirendum specialiter contra illum nominatum, id est ad alias informationes contra eum assumendas, ita Iul. Clar. in d. §. final. quasi. 6. vers. Poterit igitur; & constat ex verbis Innocentij superius relatis, num. 36. Et ad hanc **58** specialem inquisitionem live haec officio, live ad querelam, vel denunciationem, iudex devenire non potest, nisi praecedat infamia, juxta text.

hic: & est communis opinio, de qua testantur Angel. in l. Si vacante, num. 277. C. de bon. vac. lib. 10. Boff. in *pract. tit. de inquisit. num. 21. & in tit. de iudic. num. 75. in fine* Mar. in *pract. crimin. in §. Constante, num. 22.* Hypol. Riminal. *conf. crimin. divers. 103. num. 27. lib. 1. Grat. conf. 57. num. 31. lib. 2. Roland. conf. 24. num. 21. & seq. vol. 1. & conf. 3. num. 15. vol. 3. & conf. 57. num. 29. vol. 4. Clar. in *pract. §. final. quasi. 6. vers. Idem etiam.**

**60** Ceterum adverte: non quicquid sit de iure, hodie ista diffamationis solennitas in inquisitionibus recessit ab Aula, secundum Clar. d. q. 6. vers. Praeterea scias: nam hodie practica servat, ut iudex confilio de delicto, assumendo informatos, in genere, interroget primo testes, quos putat informatos, an sciant quis illud maleficium commiserit, & si dicant se necesse, tunc interrogat eos super diffamatione neminem nominando, sed in genere interrogando, an sciam se iam contra quos de illo delicto fama laboret, & si dicunt aliquem diffamatum; tunc contra illum specialiter inquitendo, ad citationem, vel ad capturam iuxta iudiciorum qualitatem procedit, & sic unico contextu supervenit criminis, & super diffamatione informationes assumuntur, ut ibi per eum, qui propterea subdit se nunquam vidisse aliquem, processum fieri, qui à diffamatione incipit. Sed contra huiusmodi practica in iudic. Rolandus à Val. in *conf. 57. num. 26. & seq. vol. 4. nam secundum eum licet testimonium Clari sit magnum, tamen est spernendum, quia omnes Doctores tam antiqui, quàm moderni concludunt, & exclamant in inquisitione famam debere praecedere, nec aliquis eorum dicit de consuetudine cõtrarium servari, prout dicit Clarus. Quinimo, ut inquit Ludovic. Cat. *conf. crimin. divers. 59. num. 1. lib. 1.* in paucis: totus mundus sequitur, hanc conclusionem, quod inquisitio non praecedat diffamationem factam; nulla, & invalida sit idem salvando Clarus, dicit ipse Rolandus iuris practicae procedere in iudic. Mediolani, prout ipse loquitur, & ubi erat veritas, & non alibi. Verum ut novissimè observat Prosper Farinae. in *pract. tit. de inquisit. qu. 9. num. 21. vers. Ego vero.* Consuetudo, de qua loquitur Clarus, non est contra iuris dispositionem: non enim ipse dicit simpliciter, & indistinctè in inquisitione de consuetudine famam non debere praecedere, quia hoc esset contra auctoritates novi, & veteris testamenti, de quibus in hoc e. contra canonicas sanctiones, & unanimem Canonistarum consensum, sed tantum dicit secundum practicae, quae hodie utuntur in inquirendo, non requiritur praecedat infamia, quia commissio delicti non incipiunt à specialis inquisitione contra aliquem, in quo casu debet praecedere infamia, secundum omnes, sed à generali assumptione informationum, videlicet quis illud delictum commiserit: in qua generali informatione, & inquisitione conveniunt omnes, non esse necessarium, ut fama praecedat, & conclusum est supra num. 57. Deinde subdit Clarus, quod si testes in genere interrogati aliquem nominaverint in specie, poterit iudex ex generali inquisitione devenire ad specialem contra nominatum etiam nulla praecedente fama; & hoc similiter non est contra conclusiones Doctorem. Imo generalis inquisitio, in qua per testes aliquis nominatus, sine alia forma aperit viam ad specialem inquisitionem*

juxta theoreticam, & practicum Innocentij, quam servatoris mundus, ut dicitur supra num. 36 & praedictis adde Mar. Socin. bi. art. 1. in 1. quass. ubi tradit novem capita distinctionum in inquisitione materiae, & eorum singula distinctionum capita explicat.

62. Secundum QVAERO, Cum ad specialem inquisitionem super certo delicto, & contra certam personam, quae verè & proprie dicitur inquisitio, secundum Praepositum in c. De accusat. num. 41. 2. quass. 8. iudex procedere possit tam ex suo iure officio, quam ad partis querelam, seu denunciationem, & in quo ista duo modi procedendi inter se differant.

63. Solutio: Glossa magna hic videtur assignare tres differentias inter processum faciendum ex iure officio, & illum, qui fit alio impetente, seu promovente inquisitionem.

Prima differentia est, quia quando procedit ex iure officio, tunc recipit iuramentum ab illis, contra quos est facienda inquisitio; sed quando procedit ad instanciam alterius, hoc iuramentum non recipit, ne insinuat veritatem, sed ipse adversarius debet probare ea, quae denunciat.

64. Secunda differentia est, quia quando procedit ex officio, non tenetur recipere probationem super factis; factis enim est, ut de ea constet sibi, secus quando procedit ad alterius instanciam, & cum glossa quoad hanc differentiam concordat Petrus de Sampson, & Abb. Antiquus. num. 3. qui similiter distinguunt inter inquisitionem, quam facit iudex alio promovente, & illam, quam facit a seipso, & ex officio suo, ut in primo casu non procedat iudex super inquisitione veritatis, nisi probetur infamia per eum, qui fuit promotor inquisitionis: sed in secundo, quando ex officio, tunc postquam constat iudici de infamia, de veritate inquiret, licet inquisitus neget se infamatum; nec tenetur ipse iudex sibi in facere de infamia: cui enim faceret fidem, cum ipse sit iudex? Si tamen inquisitus propter hoc appellaret, tunc coram iudice appellatus teneretur prius iudex de infamia facere plenam fidem, & sequitur Io. Andr. num. 36. Anchar. num. 29. Abb. num. 17. vers. Secunda differentia est, Angel. in l. Si vacante, num. 177. C. de bonis vacan. lib. 10. ubi videtur tenere, diffamationem non requiri quando iudex non ad postulationem partis, sed ex iure officio inquireret, & dicit Augustinus ad Angel. de malef. in ver. Hec est quedam inquisitio, num. 57. Alseflores hoc communiter observare: sed certe in hoc contra Angel. est magis communis opinio, ut inquit Hieronymus in Apoll. ad Angel. de malef. in loco praedicti, num. 68. vers. Quare in quantum, quem refert Grat. conf. 57. nu. 11. lib. 2. & Roland. conf. 24. circa fin. lib. 1. Boill. in tit. de indic. nu. 75. in fin. Hypolit. Rumin. inter consilia criminalia divers. conf. 109. num. 27. lib. 1. & Iul. Clar. in pract. 3. fin. quass. 6. vers. Idem etiam, subd. ns cam esse rationi magis consentaneam; nam quando procedit ex iure officio, tunc magis necessaria esse debet diffamatio, quae succedit loco accusatoris, ut dicitur Scribentes in hoc cap. ob quam rationem alij etiam relatus hanc opinionem similiter dicit esse veriore, & magis communem Prosperi Facinae, in pract. ut. de inquisit. quass. 9. num. 4. vers. Non tamen per hoc recedat: Tutamen adv. te, quia glossa, & Canonistae nostri non dicunt diffamationem non requiri quando iudex ex

officio procedit, imò dicunt etiam eo casu iudicem debere per se inquirere de factis; sed tantum assuntur factis esse, ut de huiusmodi fama constet iudici, qui non tenetur de ea fidem facere, nec probationes assumere quando procedit ex officio suo, sed solum quando procedit alio inquisitionem promovente, & ita utroque casu diffamationem requirunt, sed solum constitunt differentiam super illius probatione.

65. Tertia differentia, quia si iudex procedit ad instanciam alterius, admittit probationes contrarias super bona fama: secus quando procedit ex officio: & ratio diversitatis est, quia non ita praesumitur contra iudicem, sicut contra partem, arg. cap. in nostra, de procurator. & cap. Ad audientiam, de prescript.

66. Quarta differentia ultra gloss. ponitur per Doctores, quia quando proceditur ad instanciam, ne litis contestatio eum promovente inquisitionem, ut in c. Cum dilectus, de purgat. canon. secus quando ex officio proceditur, quia non est eum qui fiat litis contestatio, sed fit quaedam quasi contestatio inter infamiam, quae tenet locum accusatoris, & responsum inquisiti.

67. Quinta differentia, quia quando proceditur ex officio, possunt recipi testes etiam publicas attestantibus; tunc enim cessat ratio timoris subornationis, cum semper testium dicta sint nota iudici: secus quando proceditur ad instanciam partis, ut notatur in cap. Cum amor, supra de testibus, & has duas differentias ultra gloss. ponit specie Abbas. num. 17.

68. Tertio QVAERO, cum supra in 14. notab. dictum sit testibus modis principaliter procedi super crimine, videlicet per viam inquisitionis, accusationis, & denunciationis, in quibus differat iudicium inquisitionis ab alijs iudicijs.

69. Solutio, dicitur secundum Speculat. in tit. de inquisitione, §. 1. nu. 33. in pluribus differre. Primum enim in iudicio inquisitionis fama habetur loco accusatoris, ut hic, & in cap. Licet Heli, de Simon. & dictum est supra in 8. notab. in alijs autem nullis regulariter sine accusatore, vel denunciatore dantur, ut cap. Rolatus, §. qu. 3. & cap. unico, supra de Eccl. Benef. Secundo, in causa inquisitionis testes recipiuntur lite non contestata, quod non contingit in alijs regulariter, cap. Quomam, §. Sum & alij, supra ut lite non contestata.

70. Tertio in iudicio inquisitionis recipiuntur minus idonei testes eum sit inquisitio tam in capite, quam in membris, vel super stat. Ecclesiae, ut notat idem Speculator in d. §. 1. num. 21. quod non fit in alijs causis, ut cap. Ex parte A. supra de testibus, §. In testibus, 4. qu. 3. Quarto inquisitio fit de manifestis per famam, ut hic, non de occultis, ut in c. Qualiter, in fin. supra cod. Alia vero iudicia instruantur etiam super occultis, dummodo probati possint, cap. Per amque, 2. qu. 7. unde accusator etiam super occultis respondere compellitur, quia jurat de calumnia, cap. 1. de juram. calum. secundum Host. hic num. 16. Ioann. Andr. num. 25. in ver. Facultatem, & Butr. nu. 9. & ad cap. Non tibi, de penit. dist. 1. quod videtur innuere oppositum, respondeat per eos. Quinto in inquisitione proceditur quandoque ad remotionem dum negotium agitur, cap. Quia ea, 3. qu. 2. probata tamen prius suspicionem dilapidationis, cap. Licet Heli, vers. Quia verò, & cap. Per tuas, de Simon. & cap. fin. infra cod.

cod. in alijs iudicijs secus, ut cap. Volumus, 16. qu. 4. cap. 1. de iudic. cap. Nonne, 8. qu. 4. Sexto in iudicio inquisitionis, si crimine sit grave, praesertim convictus ab administratione totaliter tenetur, ut hic in textu ibi: (Quatenus si fuerit gravis excessus, & si non degradetur ab ordine, ab administratione tamen amovetur omnino.) & notat Bernar. in glol. 1. vers. Crimine verò sic probato; cum quo concordant Host. n. 23. Io. Andr. n. 30. Henric. Boich. n. 17. & communiter omnes. In iudicio verò accusationis praesertim de gravi crimine convictus deponitur, ut cap. Inquisitionis, & cap. Super his, supra cod. cap. Tua de panis, cap. Vnum orationum, §. Crimini, 25. dist. 16. & hic in text. ibi: Criminalis accusatio, quae ad diminutionem capitis, id est degradationem intenditur, & de degradationem, id est deponitionem; nam etiam verbalis deponitio ab ordine dicitur degradatio, quia privat, & deicit, cap. Degradatio, de panis, lib. 6. l. cum dum Abbatem hic n. 10. & Mar. Socin. nu. 42. & est

71. pena capitalis, quae sequitur ex accusatione, ut inquit Host. hic n. 13. & sic iudicis puniuntur inquisitus, quam accusatus, ut in praecatis iuribus, & notat Bald. in l. Ea quidem, nu. 49. C. de accusat. Io. de Anan. in cap. Inquisitionis, num. 4. supra eodem, de quo de plenius, ut hic per Henric. Boich. nu. 12. & istis duobus modis debet iudex imponere penam ordinariam, & non poenitentiam, secundum Abb. in 14. notab. praedicta lex differentias ponit Speculator citatus supra n. 69. & ex illo Mar. Socin. hic n. 91. In denunciatione autem iudex non debet penam ordinariam imponere, sed tantum ad poenitentiam compellere, ut per Abbatem ubi supra. Verum ut dicit Henric. Boich. n. 14. sicut denunciatio diversimodè fieri potest, & natura diversa est, sic quoque diversae sententiae formabuntur. Nam si denunciatio sit evangelica, poenitentia iungitur, si iudicialis, ad satisfactionem condemnabitur; si canonica, poena infligitur, vel peccatum fieri inhibebitur, vel aliter secundum quod requirit denunciationis modus, sententia dabitur; de quo dicitur ut legitur, & notatur in c. Novus, in primo respons. supra de iudic. & secundum hanc distinctionem intelliguntur illa verba textus, ut iuxta formam iudicij sententiae quoque forma daretur, secundum Host. n. 23. vers. In denunciatione, Io. Andr. num. 30. eodem vers. & Henric. Boich. nu. 14. cum quibus factis concordat Archid. in cap. Si peccaverit, num. 15. 2. qu. 1. Septimo isti tres modi tendunt ad diversos fines, secundum Abbatem hic in 14. notab. nam inquisitionis officium est veritatem invenire, ut per Azzo. instr. de offic. iudic. in princ. cap. Qualiter de offic. iudic. & notat Bald. in l. Edicta, num. 50. circa finem, vers. Aut loquimur in processu inquisitionis, C. de edendo: sed accusatio fit ad puniendum, & ad publicam vindictam. l. Non ignorat, §. Si quis, C. de bis, qui accusat. non poss. cap. Inquisitionis, & c. Super his, supra eodem, Bald. hoc citato, denunciatio vero fit ad correctionem, ut dicitur in d. Super his, cap. Si peccaverit, 2. qu. 1. in denunciatione enim attenditur emendatio fratris, sed in accusatione poenitio criminis, S. Thom. in 2. 2. qu. 67. art. 3. ad 2. & qu. 66. art. 3. in corp. & in 4. sent. dist. 35. art. 3. ad 6. Octavo, sicut accusationem legitima praecedere debet inscriptio, sic & denunciationem charitativa correctio, & inquisitionem clamorosa debeat in scriptura praevire, ut hic dicitur in §. Ad corrigendas, & est repetitum in

c. Licet Heli, de Simon. Cumenim accusatio insinuat iram deponitionem, ne aperitur via calumniandi, acculator debet se inscribere, ut in cap. Super his supra eodem, id est se obligare ad eandem poenam, si non probaverit, quam reus debuisset si probaretur, ut c. Quisquis, & c. Qui crimen, 2. qu. 8. & notat glol. in d. c. Super his, in verb. Oportet inscribi, & de hac poena talionis vide quod legitur, & notatur in c. Quod dicitur, 14. qu. 1. & in c. Sex differentiae, 23. qu. 3. per Albert. in l. final. C. de accusat. & per D. Thom. in 2. 2. qu. 68. art. 4. in corp. & in 4. sent. dist. 41. art. 5. 2. ad primum; & de forma accusationis tria continentur vide textum in l. Libellorum, C. de accusationibus, quae est canonizata in c. Per scripta, §. Sed Calixtus, vers. Libellorum, 2. qu. 8. In inquisitione iurem non requiritur inscriptio, ut dicitur in d. cap. Super his, supra eodem, quia cessat suspicio calumniae tum ob praecedentem infamiam, cum qua non est ibi, qui se opponat, & se inscribat, ut dicitur Felix. nu. 2. in fin. In denunciatione similiter non requiritur inscriptio, seu obligatio ad poenam talionis, quia non instituitur ad puniendum, sed ad corrigendum, ut dictum est; & ideo denunciationem debet praecedere admonitio, seu charitative correctio, ut in iuribus supra citatis; & egregie declarat S. Thomas in 2. 2. qu. 3. art. 8. & in 4. sent. dist. 39. qu. 2. art. 3. qu. 3. quae tamen admonitio in accusatione, & inquisitione non requiritur, etiam si fiat alio denunciante, seu promovente, sed statim potest procedi ad inquirendum, ut hic firmat glossa nostra, Host. in 7. & Io. Andr. n. 37. & plene Arcun. nu. 39. & docet S. Thom. d. dist. 39. qu. 2. art. 5. quass. 1. ad 4. ubi ait in accusatione non agi ad emendationem peccantis, sed ad bonum commune, scilicet iustitiam conservandam per poenitentiam delinquentis; & ideo accusationem in iudicio bona conscientia fieri posse etiam si admonitio non praecedat, nec esse contra praecceptum Domini, quod intelligitur quando agitur ad emendationem peccantis inquisitionem verò faciendam non esse, nisi de notorio peccato, quia oportet ut inquisitionem praecedat clamorosa insinuatio, & ideo secreta admonitio non requiritur de necessitate.

72. Quarto QVAERO, quomodo probetur fama.

73. Solutio Secundum Innocentium hic nu. 1. testis de ponere debet, cum, de quo agitur de tali crimine diffamatum esse, & interrogatus apud quos sit diffamatus, respondere tenetur apud tales, & nisi eos nominet, non videtur reddere bonam causam dicti; & ratio est, quia aliter sciri non potest, an illi sint viles, & malevoli, an verò fide digni, de quo ante omnia iudici constare debet, ut hic in vers. Ex quibus auctoritatibus. Debet ergo dicere, apud tales, & tales est suspensus, quia haec ab eis auditivi, vel vidi eos vitare ipsius familiaritatem, & subdit Innocentius sufficere si dicatur à duobus se audivisse, quia textus non loquitur in plurali, ibi, providis, & honoris. Ergo sufficiunt duo, l. Vbi numerus, ff. de testibus. Adverte tamen, quia non sufficit si testis dicat apud duos esse suspectum, quia hoc non esset probata fama, ut c. Inquisitionis, in fin. supra cod. led oportet eum addere in suo testimonio; quod hoc ipsum, quod auditivi ab illis duobus, clamant major parte viciniae; & hoc intendit haec litera, dum dicitur, quod illi providi viti debeant dicere, quod clamor